



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri  
Benedicti**

**Meyenschein, Benedikt**

**Hildesii, 1725**

**VD18 10311831**

XLIII. De his, qui ad Opus Dei vel ad mensam tardè occurrunt. Audito signo  
templi mensæque, maligno Nè pateat sedes, accelerato pedes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65028)

22. MART. 22. JUL. 21. NOVEMB.

CAPUT XLIII.

*De his, qui ad Opus Dei, vel ad mensam tardè occurrunt.*

**A**d horam Divini Officii, mox ut a  
auditum fuerit signum, relictis o  
mnibus, quælibet fuerint in manibus b,  
summâ cum festinatione curratur; cum  
gravitate tamen, ut non scurrilitas c in-  
veniat fõmitem d. Ergo nihil operi Dei  
præponatur. Quòd si quis ad noctur-  
nas Vigilias e post Gloriam f Psalmi no-  
nagesimi quarti g [quem propter hoc  
omnino protrahendo & morosè h volu-  
mus dici] occurrerit; non stet in ordine  
suo in Choro, sed ultimus omnium stet,  
aut in loco, quem talibus negligentibus  
seorsum i constituerit Abbas; ut videat-  
ur ab ipso vel ab omnibus l, usque dum  
completo Opere Dei publicâ satisfactio-  
ne m pœniteat. Ideo autem eos in ulti-  
mo n aut seorsum judicavimus debere  
stare, ut visi ab omnibus, vel pro o ipsâ  
verecundiâ suâ emendentur. Nam si  
foris Oratorio p remaneant, erit fortè  
talís,

talís  
aut  
& d  
dian  
& d  
tem  
fun  
Ver  
per  
pra  
que  
lice  
tan  
  
a)  
b)  
  
c)  
d)  
e)  
f)  
g)  
h)  
i)  
l)  
m

talibus, qui se aut recollocet & dormiat  
aut certe sedeat foris, vel fabulis vacet,  
& detur occasio maligno q. Sed ingre-  
diantur intus, ut nec totum perdant r,  
& de reliquo emendentur. Diurnis au-  
tem horis, qui ad Opus Dei post Ver-  
sum s & Gloriam primi Psalmi, qui post  
Versum dicitur, occurrerit; lege, quâ su-  
perius diximus, in ultimo stet loco; nec  
præsumat sociari Choro psallentium us-  
que ad satisfactionem, nisi fortè Abbas  
licentiam dederit permissione suâ: ita  
tamen, ut satisfaciat reus ex hoc t.

- a) *Id est, quamprimum.*
- b) *Vid. notata c. 5. de Obedientiâ, quæ & huc spectant.*
- c) *Id est, indecentia vel levitas.*
- d) *Hoc est, locum habeat in incessu.*
- e) *Quos modò Usus Matutinum appellat.*
- f) *Seu Gloria. Vide notata c. 9. ad lit. r.*
- g) *Scil. Venite, exultemus.*
- h) *Seu tardè.*
- i) *Sive separatim, vel specialiter.*
- l) *Alii legunt, ab hominibus.*
- m) *De quâ vid. Statuta Bursfeld. pag. 215.*
- & seq.
- n) *Sub-*

- n) *Subaudi, loco.*
- o) *Id est, saltè propter sui confusionem.*
- p) *Alii legunt, foras sive extra Oratorium.*
- q) *Id est, malæ rei, vel diabolo tentanti.*
- r) *Intellige, meritum Psalmodiæ.*
- s) *Scil. Deus in adiutorium.*
- t) *Id est, hujus negligentia.*

23. MART. 23. JUL. 22. NOVEMB.

**A**d mensam autem, qui ante Versum non occurrerit, ut simul omnes dicant Versum & orent, & sub uno *a* omnes accédant ad mensam; qui per negligentiam suam aut vitium *b* non occurrerit, usque ad secundam vicem propter id corripatur. Si denuo *c* non emendaverit, non permittatur ad mensæ communis participationem; sed sequestratus *d* à consortio Fratrum, reficiat solus, sublatâ ei suâ portione de vino usque ad satisfactionem & emendationem. Similiter autem patiatur, qui ad illum Versum non fuerit præsens, qui post cibum dicitur. Nec quisquam præsumat ante statutam horam vel postea quidquam cibi aut potûs sumere *e*. Sed & si

& si cui offertur aliquid à Priore *f*, & accipere renuerit; horâ, quâ desideraverit hoc, quod prius recusavit, aut aliud omnino nihil accipiat, usque ad emendationem congruam.

- a) *Id est, unâ vel simul.*
- b) *Sive culpam.*
- c) *Id est, deinde vel postmodum.*
- d) *Sive separatus.*
- e) *Præterquam enim, quòd sit vitium gulæ; non desunt, qui dicant in clandestinâ huiusmodi acceptione latere proprietatem, atque adeò speciem furti; ideòque tam apud veteres, quàm novos Ordines Religiosos gravissimè punitur; ut disciplinâ, excommunicatione &c.*
- f) *Sive Superiore.*

24. MART. 24. JUL. 23. NOVEMB.

CAPUT XLIV.

*De his, qui excommunicantur, quomodo satisfaciant.*

Qui pro graviore culpâ ab Oratorio & à mensâ excommunicatur *a*, horâ, quâ